



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Instructio practica ...

Institutiones Qvintvplicis Theologiæ - Positivæ videlicet, Asceticæ,
Polemicæ, Speculativæ, & Moralis complectens, Unà cum Appendice
Methodum compendiarium reformationis Ecclesiasticæ à Concilio
Tridentino factæ continente

Lohner, Tobias

Dilingæ, 1679

Cap. I. Quodnam sit objectum Theologiæ Asceticæ.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-48233](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-48233)

P A R S I.
DE THEOLOGIA ASCETICA
IN COMMUNI.

CAPUT I.

QUODNAM SIT OBJECTUM
THEOLOGICÆ ASCETICÆ.

I. **Q**uemadmodum in aliis Scientiis duplex plerumque
est objectum, materiale scilicet, & formale, ut
ex quorum clariori cognitione, ipsa etiam Scientia
facilius cognoscitur; ita in Ascetica quoque Scientia
tota illius, præstantiâque tantò clariùs cognoscatur,
omnia objectum illius materiale & formale indaganda sunt.

II. Objectum ergo materiale quod attinet, illud
aliud est, quàm operationes voluntatis, quatenus
sunt ipsius perfectionis recipiendæ; cum enim perfectio
sequenti capite dicetur, in caritate velut perfecta
summi boni consistat, caritas autem in voluntate
suo subjecto resideat, meritò voluntatis etiam
operatio potius objectum proximum, quàm operationes
æternæ statuuntur, licet hæ etiam præsuppositivè
multumque conducant ad perfectionem caritatis
dicendam.

III. Ex qua doctrina circa objectum materiale
posita facile nunc est ipsum etiam objectum formale
re, quòd scilicet illud nihil aliud sit, quàm ipsa
voluntas ad supremum finem optimo, quo obrineri potest
consequendum; per hanc quippe formalitatem
Theologia Ascetica à reliquis quatuor Theologiis
distinguitur, quæ omnes vel circa DEVM speculati-
vè consideratum, vel certè non sub hac ratione
suis possessionis spectatum versantur, uti ex iis, quæ
sequenti capite de perfectionis natura dicentur, cla-
resciet.